Wilno, 31 października 1418

Król Władysław [Jagiełło] [w liście otwartym] do władców świeckich i duchownych, szlachty i miast [zachodniej Europy] obwinia krzyżaków z Prus o niepowodzenie zjazdu [w Wielonie, na którym debatowano o zawarciu pokoju wieczystego]. [Król] wskazuje, że do zawarcia pokoju dążył ustawicznie, [także wcześniej] za pośrednictwem Soboru w Konstancji i króla rzymskiego i węgierskiego Zygmunta Luksemburskiego. Nie doszło jednak do tego, pomimo licznych jego starań. O prawdziwości królewskiej relacji zaświadczy [dodatkowo] okaziciel niniejszego listu, Materna „Baudissen", dworzanin królewski, którego wysyła do adresatów, prosząc, aby zawierzyli jego słowom.

Kop.: *GSPK, XX. HA, OBA, nr 2813, pap., łac., wym. 215 × 283; w lewym górnym rogu minuskuła* b*, in dorso nowożytna notatka o treści listu w języku łac., stara sygnatura.*
Wyd.: *CDL, s. 224, 225.*
Reg.: *CEV, nr 807; RHD 1/1, nr 2813.*
Uw.: *Jest to kop. drugiego z dwóch prawie jednobrzmiących listów otwartych Władysława Jagiełły, znajdujących się obecnie w tej samej kopercie archiwalnej.*

[a]Wladislaus Dei gracia rex Polonie Littwanieque princeps supremus et heres Russie. Uniwersis | et singulis principibus tam ecclesiasticis, quam secularibus necnon ducibus, langraviis, | comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, communitatibus et aliis cuiuscunque status | aut condicionis hominibus, ad quos presentes pervenerint, salute, fraternam karitatem, benivolenciam et favorem semperque iusticie professionem fateri! Reverenedissimi et venerandi in Christo patres et preclari, inciliti, illustres, magnifici, nobiles et famosi fautores, fratres et amici nostri karissimi grateque nobis dilecti! Ecce licet omni desiderio et favore ad pacem cum Cruciferis de Prussia diversis studiis aspiremus, nunc coram Sacro Concilio Constanciensi, nunc coram serenissimo fratri nostro karissimo, excelentissimo domino Sigismundo Romanorum rege, semper augusto, et Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. rege[1], ad omnem se possibilitatem offerentes, quam eciam et hactenus offerimus, hec autem tanta luceant claritate, ut nequaquam vestram potuerint noticiam preterire. Nuper autem credentes, proinde faciliorem concordie additum reciepere, cum ipsis in certo loco et termino dicto Weluna convenimus[2], non sine magnis laboribus et impensis, cum nobis a nostro domicilio ad locum convencionis restabat, via grandis, que valde longam distanciam et viarum incomoda plurima continebat, eciam si maiora nos pati contigisset discrimina tanta fuimus pacis capti dulcedini, ut pro ipsa consequenda laborem reputassemus pro quiete. Attamen dum fuissemus in loco convencionis predicto hincinde, ne quidpiam a parte adversa potuissent allegari, quod vota concordie impedirent vel aliquid obici nostre Maiestati, quo finis ipsius et execucionem intercipi valuisset ad omnem benivolenciam nos posuimus ad tantum descendimus, quod aliis temporibus, quibus inter nos exorta est dissension minime hoc habuimus in conceptu. Ymmo tante nos ob pacis adipiscende comoda humilitati dedimus, ut eciam proprietatibus nostris et Regni nostri non paucis destitui voluimus. Tamen apud eos, nec nostre humilitatis oblacio, nec tam ardens pacis devocio proficere potuerint, quin ipsi concepta nostra benivolencia et omnibus viis paci ac comodis, quas ipsis ├tacitis┤ tocies porreximus refutatis vota nostra cum tanta benignitate pacem edificantes despexerunt. Cum itaque non possumus tot arduis adhibitis conatibus pacem optatam consuequi, ne quid nobis arbitramur imputari, si cogamur iniurias nostras et molestias, quibus sic ab ipsis regravamur modis necessariis propulsare. Quocirca universitatem vestram pertimus, quatenus hiis nostris posicionibus receptis, quibus animum nostrum in excusacionem nostram informamus, fidem eis placeat, tamquam veris et nullis ficcionibus commixtis adhibere omnia veritati reputantis contraria, si que eis opposite vel adversa fuerint, a quocunque incultata vel suggesta. Et nichilominus velud pacis et iusticie

zelatores dignemini et velitis parti nostre, quam prestante Altissimo versa fuerint cum tanta frequencia cernitis in earum prosecucione defervere favores impertiri et sinceriter adhibere, dirigimus autem ad vos nobilem Maternam Baudissen[3], familiarem nostrum fidelem dilectum, exhibitorem presencium, cui hec et alia universitati vestre referenda commisimus, ut ea tenaciori commendans memorie, sinceritatem vestram de eis plenius informaret, petentes et in desideriis obtinentes, quatenus sibi fidem in hiis, que sinceritati vestre hacvice retulerit, placeat adhibere per omnia creditivam. Datum Vilne in vigilia Omnium Sanctorum anno Domini M^{o}CCCCXVIII^{o}.

Ad relacionem reverendi patris domini Alberti | episcopi Cracoviensis, Regni Polonie cancellarii[4].

[a] *Inicjał wysokości ok. 5 wersów.*

[1] *Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, książę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437), München 1996; S. Wefers, Das politische System Kaiser Sigmunds, Stuttgart 1989; Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).*

[2] *Wielona (lit. Veliuona), obecnie niewielkie miasto na Niemnem, w rejonie jurborskim na Litwie, chodzi tu o zjazd króla, wielkiego księcia i wielkiego mistrza oraz ich doradców, który odbył się w dniach 13–22 października 1418 (SzwedaOrganizacja, s. 388, 389).*

[3] *Materna Budziszyn h. Płomienie z Kręska w powiecie kościańskim, wywodzący się zapewne z okręgu świebodzińskiego na Śląsku rycerz w służbie króla Władysława Jagiełły, wyst. 1416–1442, zm. przed 1452 (Słownik historyczno-geograficzny województwa poznańskiego w średniowieczu, cz. 2, oprac. S. Chmielewski, K. Górska-Gołaska, T. Jurek, J. Luciński, G. Rutkowska, Wrocław–Poznań 1988–1992, s. 448, 450).*

[4] *Wojciech Jastrzębiec, biskup poznański 1399–1412, kanclerz Królestwa Polskiego 1412–1423, biskup krakowski 1412–1423, arcybiskup gnieźnieński 1423–1436, zm. 1436 (KrzyżaniakowaKancelaria, s. 51–62; G. Lichończak-Nurek, Wojciech herbu Jastrzębiec arcybiskup i mąż stanu [ok. 1362–1436], Kraków 1996; Wojciech Jastrzębiec w służbie monarchii i Kościoła, red. B. Czwojdrak, F. Kiryk, J. Sperka, Katowice 2018).*